Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



43

magnus dns et rex magnus super omnes deos Quia in manu
eius sunt omnes fines terre et altitudines montium ipsius
sunt Quoniam ipsius est mare et ipse fecit illud et siccam manus
eius formauerunt Venite adoremus et procidamus et ploremus
ante dominum qui fecit nos quia ipse est dominus deus noster Et nos populus
pascue eius et oues manus eius hodie si uocem eius audie
ritis nolite obdurare corda vestra Sicut in irritatione
secundum diem tentationis in deserto Vbi tentauerunt
me patres vestri probauerunt et uiderunt opera mea Quia
quadraginta annis offensus fui generationi illi et dixi semper hi
errant corde Et isti non cognouerunt uias meas
ut iuraui in ira mea si introibunt in requiem meam
Gloria. Ant Benedictus dominus meus. Psalmus.
Cantate domino canticum nouum cantate domino omnis terra
Cantate domino et benedicite nomini eius annunciate de die
in diem salutare eius Enarrate inter gentes gloriam eius in omnibus
populis mirabilia eius Quoniam magnus dns et laudabilis
nimis terribilis est super omnes deos Quoniam omnes dy gentium de
mona dns autem celos fecit Confessio et pulchritudo
in conspectu eius sanctimonia et magnificentia in sanctificatione eius
Afferte domino patrie gentium afferte domino gloriam et honorem
afferte domino gloriam nomini eius Tollite hostias et introite
in atria eius adorate dnm in atrio sancto eius Commouea
a facie eius vniuersa terra dicite in gentibus quia dns regnauit
Etenim firmauit orbem terre qui non commouebitur iudicabit
populos in equitate Letetur celi et exultet terra commouea
mare et plenitudo eius gaudebunt campi et omnia quia in eis sunt
Tunc exultabunt omnia ligna siluarum a facie domini quia
venit quoniam venit iudicare terram Iudicabit orbem terre
in equitate et populos in veritate sua Gloria. Psalmus.
Dominus regnauit exultet terra letentur insule multe